

Vir Spectatissime!

Ignoscas, quaeso, Vir Spectatissime,
si, ut suppono, certe valde molestus
evado animo ingeniosissimo Tuo!

Ex epochali opere Tuo „Sylloge“
possideo Generositate Tua quinque vo-
lumina, utpote III. IV. IX. X. XI.
desunt mihi: I. II. V. VI. VII. VIII. XII. XIII.

Opus tam praeeminens, et sit mancum in
bibliotheca mea botanica, quae jam sat
pulchra est!? Statui itaque animo, com-
plere volumina „Sylloge“, in quantum
raritas eorum permiserit. Audeo igitur
percontari ex Te, Vir Spectatissime,
quae volumina, et illis quae mihi desunt,
apud Te veniri essent? Non ducit me

ad Te, Vir Spectatissime, sive generositas Tua, sive avaritia mea, nam sortidulus nunquam fui, nec ero. Non interrogo de pretio, quod fixum est in quovis volumine, sed interrogo tantum, quae volumina apud Te venalia sint. Si dignatus fueris me breviculo responso, valde gratus ero.

Veniam pro incommode impense clorando, cuius devotus, sincero cum venerationis et aestimii culta emovior,

Tuus, Vir Spectatissime,

servus et cultor

Andreas Kmetz

parochus. W

26. XI. 97

Risp. off. vol. VI. VII. VIII. XII f. 223, 257 f. 167.